e-codices

ſz hoc conſtanter affirmamus qd quantum
per bonos abbates locus profecerat tantum
per malos defecerat et quantum ab omnibus
ſpirituali delectatione ſumus nutriti
tantum per malos decreuimus multum tribulati
ſed dum nostras miſerias deflemus aliquan-
tum ab incepto digreſſi ad hyſtoriam re-
c. 1. uertamur. De ymmone abbate et morte eius

Notkerus abbas defunctus religioſe ab
omni conuentu poſt maximas lacrimas
ſepultus eſt. Subipſo enim locus omni abundantia
rerum et ſpiritalibus delicijs abundauerat
Amoniciones enim burckhardi anteceſſoris
ſui libenter audiens ad exemplum illius
ſingula ordinate fecerat. Intantum autem
locus ſub ipſo creuerat ut veriſſimus
verſus de ipſo ſcriptus ſit. Cum enim ad nutum
ei omnia ceſſiſſent. erat qui de ipſo pluri-
ma dixerat verſum ex perſona tullij di-
+ ctum in ipſum direxerat. O fortunatam
galli me conſule cellam. Eodem anno
et burckhardus anteceſſor ſuus eo quo
ante nos dictum eſt ordine obijt et ſe-
pultus eſt. Notkerus etiam medicus de cuius
induſtria multa impriꝯ libro dicta
ſunt. in domino et in bona oppinione mori-
ens plus quam credi poſſit defletus ſepultus
eſt. Cum enim ſtella cometis in autumno
viſa fuiſſet horum mortem et maximam
regni turbacionem ſignauerat. Nam
inter ottonem imperatorem et nepotem
eius henricum ducem baioarie grauis
de regno contencio orta eſt. In hac tem-
peſtate ymmo canonice electus et
ab ottone imperatore legitime inue-
ſtitus ad monaſterium reuerſus ſic pius et
fidiſſimus ſancti galli ouium paſtor benig-
ne ſuſceptus eſt. In hac autem commocione
regni licet parti imperatoris omni diligen-
cia aſpiraſſet. ſua tamen benignitate et
induſtria ne hoſtes regni res loci
mei vaſtarent effecit. Et ut veriſſima
fratrum narracione didici fratrum amator
cottidianam ipſorum annonam omni diligencia
augens aucta fideliter congregans
congregata caritatiue et largiſſime
diuidens. regularis vite ſtrenuus
informator. theſauros etiam eccleſie
abundantiſſime auxerat. Auream enim
tabulam que uſque hodie ante altare

galli preioſior iacet quam in materia oſtenditur.
ipſe diligentiſſimo ſtudio incepit et pene
uſque ad vnguem perduxit. Caſulas etiam
optimas illas ille fieri inſtituit. Vnam
in qua aſcenſio domini auro intexta eſt et
alteram que diuerſas figuras deſuper in medio
et in margine ſimili modo perfert intextas
Quam tamen ut adhuc videre eſt immatura
morte preuentus non perfecit. Albas quoque quaſdam
deauratas in margine et in pectorali
que uſque hodie ſingulari ſtudio ornate vi-
dentur. ipſe elaborauit. Stolas ſimiliter
deauratas cappas talmaticas ſubtilia ce-
tera quoque eccleſiaſtica ornamenta tot et tanta
perfecit quod opinabile reor nulli vnquam
principum in hijs temporibus mundo in deterius
vergente tam breui ſpacio tot magnifica
opera conceſſum ſit perficere. Pluxima etiam
opera ſua tanta ammiracione magnificata
ſunt. ut ſi regina auſtri hoc in tempore
fuiſſet. ſalomone tranſito ad ymmonem
declinaſſet. Vnde autem tot pondera auri tam
precioſiſſimam purpuram tot margaritas
tam ſubtiles artifices habuiſſe potuiſſet
quid ſignabile in tanto ſtudio feciſſet quis
dixiſſet. Si ab hijs qui hec omnia nouerant
ſcripta fuiſſent maxima tragedia eſſet
Nos autem horum omnium ignari quippe qui ſingula
eius geſta non nouimus. ſz hec pauca que
diximus quandam narracione didicimus.
ſumma quedam tangentes ad alia tranſimus
Sit autem marcum ecclie de ipſo ſcriptum eſt. Hoc +
abbas ymmo picturis compſit et auro.
monaſterium probato ſtudio depinxerat. Othmari
etiam eccleſia ut in formice de ipſo dictum
eſt. hanc othmare domum tuus ymmo or- +
nauit et duxit. Cripta et formicibus
gipſi atque auri ſpeciebus conuenit aucta
auro et coloribus ornauat. Cum autem
omnipotens deus ipſius merita remunerare
decreuiſſet loci que gallus ſibi ſuus que ge-
nitricis ditauerat oblitus ymmone mul-
ta ſic caritas numquam ocioſa eſt que adhuc
facturus eet meditante aſſumpſit. Quanta
in eius tranſitu fratres dolore tabeſcebat. Clerus
et familia lugubri luctu tali domino et patre
orbati deflebant. Talia ſibi ſui nitimiſſione
optantes. Rectori ſummo nos te committimus +
ymmo. In vita tuus tu celle fueras pater
huius. Qua bene rexiſti pro quo celum meruiſti
Quanta pericula pro eius tranſitu loco futura

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 211r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/211r)